



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

Formula LXXXIII. Facultatis profanandi Ecclesiam ratione unionis
faciendae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

FORMULA LXXXIII.

Facultatis profanandi Ecclesiam ratione unionis facienda.

D Rodericus &c. Dilecto nobis in CHRISTO Reverendo N... Salutem in Domino; his nostris litteris tam auctoritate nostra ordinaria, quam etiam vigore Sacri Concilii Tridentini, aliarumque facultatum Apost. nobis desuper concessarum, aliisque omni meliori modo, jure, via, causa, & forma, quibus melius & validius possumus, licentiam & facultatem tibi concedimus, profanandi Ecclesiam S. N. monasterii N. per nos superioribus diebus suppressi, ad effectum, ut hæc quoque Ecclesia incorporari possit aliis dicti monasterii adibus, cum licentia & decreto nostro nuper N. per N. venditis, omnimodasque vices nostras tibi in præmissis, & circa præmissa committimus, & delegamus. In quorum fidem &c.

FORMULA LXXXIV.

Assensus donationis jurispatronatus.

D Rodericus &c. Assentimur & assensum præstamus donationi jurispatronatus, factæ per Magnificum N. constituto jam nobis exactis nostræ Curie, prædictum N. donantem tempore donationis fuisse legitimum pa-

tronum jurispatronatus, ut supra donati, salvis tamen juribus tertii, si tempore datæ altari legitime jus quæsitum fuerit &c. In quorum fidem &c. Dat. &c.

FORMULA LXXXV.

Facultatis construendi oratorium simplex, in quo celebretur.

D Rodericus &c. Dilecto nobis in CHRISTO N. loci N. hujus nostræ diocesis, salutem in Domino. Tuo desiderio annuentes, ut in eo loco oratorium sub invocatione sancti N. cum unico altari, super quo celebrari exinde possit, extruere valeas, quod situm & alia requisita habeat ad præscriptum instructionis fabricæ Ecclesiæ de Ecclesiis simplicibus, oratorii, & Capellis, in quibus missæ sacrum aliquando fieri consuevit, tibi facultatem concedimus, & impartimus, accedente tamen consensu Parochi, & sine Parochialis Ecclesiæ præjudicio, & quod super ejus altare minime celebretur, nisi ex eo oratorio prius visitato, & iterum ea de re facultate à nobis in scriptis obtenta. In quorum fidem &c. Dat. &c.

K 3 FOR-